

DIE 14 FEBRUARII

FESTO  
S.CYRILLI MONACHI  
ET  
S.METHODII EPISCOPI

S chola Gregoriana S ilesiensis





Świę-ci Cy-ryl - lu, Meto-dy, Coście Słowiań-skie na-ro-dy,



Do Chrystu-sa na-wra-ca - li, A - po-sto - ła - mi się sta - li.

### *Pieśń I*

Święci Cyrylu, Metody,  
Coście Słowiańskie narody  
Do Chrystusa nawracali,  
Apostołami się stali;

Wyście nas wiary uczyli,  
Wyście przodków naszych chrzcili;  
Wam winniśmy oświecenie,  
Wiary świętej rozkrzewienie.

Coście krajów obieżeli,  
Ileście trudów podjęli,  
Gdy aż z Konstantynopola  
Zaszliście w Słowiańskie pola!

Krym, Sarmaty, Bulgaryją,  
Serby, Czechy, Morawią,  
Obiegaliście, Boga głosząc,  
Ewangeliją obnosząc.

Ciało Klemensa świętego  
Razem i z kotwicą jego  
Z Chersonu przez tyle drogi  
Przenieśliście w Rzymskie progi.

Od Mikołaja pierwszego,  
Ojca wiernych najwyższego,

Zjednaliście pozwolenie  
Na chwały Boskiej zwiekszenie

Aby językiem Słowiańskim  
Obrządki w Kościele Pańskim,  
Służby Boga odprawiano,  
Czém więcej dusz zyskiwano.

O wy wielcy pracownicy  
W Chrystusa Pana winnicy!  
Wnieście do Boga swe modły  
Za nas, niegdyś lud wasz podły,

Abyśmy téj wiary świętej,  
Od przodków naszych przyjętej,  
Aż do śmierci dochowali,  
Zawsze w niej statecznie trwali;

Byśmy podług wiary żyli,  
Bogu nabożnie służyli,  
Przodków naszych naśladowując,  
W cnocie ich wiernie wstępując.

Sprawcie nam grzechów zgładzenie,  
Kary Boskiej odpuszczenie,  
W dobrém do końca wytrwanie,  
Wieczne z Bogiem królowanie.


Amen.




Die 14 februarii

Festo  
S.s. Cyrilli Monachii & Methodii Episcopii

Ad Vesperas




Ÿ. Dé-us in adiutó-ri-um me-um intende. R̄. Dómine, ad ad-iu-



vandum me festi-na. Glóri-a Patri et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i



Sancto, sicut e-rat in principi-o et nunc, et semper, et in sae-




cu-la saeculórum. Amen. Laus ti-bi Dómi-ne, rex aetérnae glóri-ae.



Dómine, quinque talén-ta tra-di-dísti nobis: ec-ce á-



li-a quinque superlucrá-ti sumus. *Ps.* Dixit Dóminus Dómi-



no me-o. E u o u a e.

*Ps.109*

Dixit Dóminus Dómino meo  
\* sede a dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos  
\* scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuae emittet  
Dóminus ex Sion: \* domináre  
in medio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die  
virtútis tuae in splendóribus  
sanctórum: \* ex útero ante lucí-  
ferum génuí te.

Iurávit Dóminus et non poe-  
nitébit eum: \* tu es sacérdos in  
aetérnum secúndum órđinem  
Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \*  
confrégit in die irae suae reges.

Iudicábit in natió nibus im-  
plébit ruínas: \* conquassábit  
cápita in terra multórum.

De torrén te in via bibit: \*  
proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.

*Ps.111*

Beátus vir qui timet Dóminum: \* in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: \* generátio rectorum benedicétur.

Glória et divítiae in domo eius: \* et iustítia eius manet in saeculum saeculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: \* miséricors et miserátor, et iustus.

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, + dispónet sermónes suos in iudício: \* quia in aetérnum non commovébitur.

In memória aetérna erit iustus: \* ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor eius speráre in Dómino, + confirmátum est cor eius: \* non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit dedit paupéribus: + iustítia eius manet in saeculum saeculi: \* cornu eius exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascé-

tur, + déntibus suis fremet et tabéscet: \* desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri.

*Ps.112*

Laudáte púeri Dóminum: \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occásu, \* laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, \* et super caelos glóia eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, \* et humília réspicit in caelo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, \* et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, \* cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, \* matrem filiórum laetántem.

Glória Patri.

Crédidi, propter quod locutus sum: \* ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: \* omnis homo mendax.

Quid retríbuiam Dómino, \* pro ómnibus, quae retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: \* et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: \* pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum eius:

O Dómine, quia ego servus tuus: \* ego servus tuus, et fílius ancíllae tuae.

Dirupísti víncula mea: \* tibi sacrificábo hóstiam laudis, et in nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius: \* in átriis domus Dómini, in médio tui Ierúsalem

Glória Patri.

In converténdo Dóminus captivitátem Sion: \* facti sumus sicut consoláti:

Tunc replétum est gáudio os nostrum: \* et lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: \* magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum: \* facti sumus laetántes.

Convérte Dómine, captivitátem nostram, \* sicut torrens in Austro.

Qui sémant in lácrimis, \* in exultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, \* portántes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, \* portántes manípulos suos.

Glória Patri.



Dómine, quinque talén-ta tra-di-dísti nobis: ec-ce á-



li- a quinque superlucrá-ti sumus.

*Capitulum*                      *Eccli. 45*      *Czytanie*                      *Koh 45,1-2*


Diléctus Deo et homínibus,      Wychwalajmy mężów sław-  
cuius memória in benedictione      nych i ojców naszych według nas-  
est.                      tępstwa ich pochodzenia.

Símilem íllum fecit in glória      Pan sprawił w nich wielką  
sanctórum.                      chwałę.

*Responsorium VII*




Euge ser-ve bo- ne      et fi-dé- lis qui-a in páu-ca



Fu-ís-ti fi-dé- lis supra multa      te constí- tu- am.



\* Intra in gáu-di-um Dó- mi- ni      tu- i.



∩ Dó- mine      quinque ta-lénta tradi-dísti mi- hi






ec- ce á-li- a quinque super lu- cra- tus



sum. Intra. Gló- ri- a Patri et Fí-li- o, et



Spi-rí- tu- i San- cto. Intra.



*Ad Magn. Ant.Ib*



Fulgébunt iu- sti, et tamquam scin-tíl- lae in a- run-



di-né- to discúrrerent: iudi-cábunt na-ti- ó-nes, et regna-



bunt in ae-térnum. *Cant. Magnifi-cat. E u o u a e.*

Magnificat \* ánima mea Dó-  
minum.

Et exultávit spíritus meus \* in  
Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem  
ancíllae suae: \* ecce enim ex  
hoc beátam me dicent omnes  
generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui  
potens est: \* et sanctum nomen  
eius.

Et misericórdia eius a progé-  
nie in progénies \* timéntibus  
eum.

Fecit poténtiam in bráchio  
suo: \* dispérsit supérbos mente

cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, \*  
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: \*  
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum su-  
um, \* recordátus misericórdiae  
suae.

Sicut locútus est ad patres  
nostros, \* Abraham, et sémini  
eius in saecula.

Glória Patri, et Fílio, \* et  
Spíritui Sancto;

Sicut erat in princípio, et  
nunc, et semper, \* et in saecula  
saeculórum. Amen.

## Kyrie eleison.

### Pater noster.



∩: Dóminus vo-bíscum. R̄: Et cum spíri-tu tuo. ∩: Orémus.

### *Oratio*

Deus, qui nos sanctórum Confessorum tuórum Cyrilli et Methodii confessiónibus gloriósis circúmdas et prótegis: „ da nobis eórum imitatióne profícere, \* et intercessióne

gaudére. Per Dóminum nostrum, Iesum Christum, Fílium tuum, „ qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, \* Deus, per ómnia saecula saeculórum.

R̄: Amen.

### *Organum*



∩ Be-ne-di-ca-mus Do-mi-no. Al-le-luia, alleluia, al-le-lu-ia - -  
R̄ De-o - - gra-ti-as. Al-le-luia, alleluia, al-le-lu-ia - -



